BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

ANALYSIS METHODICA IVRIS PONTIFICII:

QVA SVB TITVLIS DECRETALIVM antiquarum, diſtinctis quinque libris, ſuccinctè, & perſpicuè continetur, quicquid in Decretalibus, Decretis, & toto iure Pontificio ſparſim traditur, adiectis ad ſingulos titulos propriis axiomatibus, & ſententiis.

EXPLICANTVR ETIAM PLANE Methodica tractatione omnia iudicia, tàm ciuilia, quàm criminalia, & proceſſus iudiciarius ad vſum fori accommodatus, accuratè obſeruatis diſcordantiis iuris Ciuilis, & iuris Canonici:

AVCTORE

DANIELE VENATORIO I. C.

Poſtrema hæc editio multò fœliciùs, quàm anteà renata: & à mendis propemodùm infinitis, quæ in prioribus editionibus reſederant, quàm accuratiſſimè vindicata.

expurgata iux. ind. expurg. hispanum Panormi 1627.

LVGDVNI,
SVMPTIBVS PETRI LANDRY.
M. D. C. IIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PRÆSVLI,

AC DOMINO, D. DANIELI, SANctæ Moguntinæ Sedis Archiepiſcopo, Sacri Rom. Imp. per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, Domino ſuo clementiſſimo:

NEC NON

REVERENDIS, GENEROSIS,

NOBILIBVS, AC MAGNIFICIS Dominis, D. Metropolit. Eccleſiæ Mogunt. Prælatis, & Canonicis Capitularibus Dominis ſuis, debita obſeruantia colendis.

P*LATO, Quem diuinum appellarunt, Reuerendiſſ. Præſul ac Princeps, & Elector Illuſtriſſ. Patreſque Reuerendi, Viri ampliſſ. humanum animum ex mente diuina decerptum, cum alio nullo, niſi cum Deo (ſi hoc fas eſt dictu) comparari poſſe, qui ſi excultus, & eius acies ita curata eſt, vt ne cæcetur erroribus, fieri perfectam mentem, id eſt, abſolutam, & cum virtute conuenientem rationem exiſtimauit. Cauendum igitur ſumma induſtria, ne animus rebus ſe indignis, quibus eis nobilitas, excellentia,*

ANALYSIS METHODICA IVRIS PONTIFICII.

LIBER PRIMVS.

De Iure Canonico.

HVMANVM genus diuinis humaniſque regitur legibus, c. humanum, diſt.1. Hæ moribus, illæ natura conſtant, c. omnes, eod. à quibus conſtitutiones omneſq; leges tàm Canonici quàm Ciuilis iuris, varijs voluminibus diſperſæ promanàrunt, per tot. diſt. 1. Quod enim religioni conuenire, diſciplinæ congruere, communiq; omnium ſaluti proficere naturâ receptum moribuſq; probatum eſt, hoc in omnem perpetuitatem valituræ conſtitutionis loco: niſi neceſſitatis, vtilitatis, honeſtatiſque aliqua ratio abrogationem ſuaſerit, promulgatione inſtitutum, vtentium approbatione firmatum, monumentiſq; ſolertia celeberrimorum virorum traditum eſt c. Conſuetudo, diſt.1.c. in iſtis, diſt.4. Sic Eccleſiaſticæ conſtitutiones, quæ canonum nomine cenſentur, c. 1. diſt. à temporibus Conſtantini Imperatoris, qui primum Chriſtianis liberè congregandi facultatem conceſſit, c. canones, diſt. 15. celebratis Patrum concilijs, decretiſque Pontificum eò vſque exercuerunt, vt Pontifices, inutilibus ſublatis, certis voluminibus vni nomini iuris Canonici ſubnixis, cum ſanctione religioſæ obſeruationis, non tantùm in foro eccleſiaſtico, verum etiã ſeculari deficiente Ciuili lege, eas complecti ſumma induſtria curauerint. Vnde patet, ius canonicum ita rectè definiri poſſe.

Quid eſt ius Canonicum?

Ius Canonicum eſt, quod decretis Pontificum ſtatutiſque Conciliorum, tam generalium, quam prouincialium conſtat, normam rectè viuendi oſtendens, c.3.diſt.1.

Aug. in lib. de fid. & ope. Et alibi: Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, c. Maiores, ext. de bap. & c. 1. §. hæc ſancta extr. eod. Quoniam extra Eccleſiam, & fidem in Chriſtum nullus ſaluatur, c. quoniam, 24. q. 1.

[redacted]

Pr [redacted] ſtificatio, n [redacted] merito Chri [redacted] . 15.
credi [redacted] ham Deo [redacted] tum eſt ei [redacted] an.
Ad R [redacted] bitramur a [redacted] minem iuſt [redacted] que
operi [redacted] Ad Rom [redacted] cati igitur [redacted] Gal.
Lex p [redacted] noſter fu [redacted] iſtum, vt fid [redacted] re-
mo [redacted] cum fi [redacted] piendi petit [redacted] m.
Quo [redacted] cabunt e [redacted] em non cre [redacted] 3.
Conf [redacted] ç. Ad Ro [redacted] de creditur a [redacted] m:
ore a [redacted] nfeſſio a [redacted] . 4. Tranqu [redacted] on-
ſcien [redacted] enim tra [redacted] conſcientia [redacted] . 5.
Certi [redacted] omiſſione [redacted] o facta & d [redacted] er-
na, iu [redacted] Idcircò e [redacted] t hæreditas [redacted] ſit
pronn [redacted] an. 3. Qui [redacted] ilium habet [redacted] er-
nam [redacted] o filiorum [redacted] Gal. 3. om [redacted] ei
eſtis [redacted] credidiſtis [redacted] o. 7. Noſtri e [redacted] vt
Deo [redacted] ſine fide [redacted] oſſibile eſt p [redacted] o,
d.c.1 [redacted] ulum extr. e [redacted] itas animi à f [redacted] i-
tion [redacted] ct. Apoſt. [redacted] D. Petrus corda [redacted] ri
per f [redacted] . Fortitud [redacted] nam per fid [redacted] es
ſanc [redacted] icerunt reg [redacted] ati ſunt iuſt [redacted] s
facti [redacted] illo, ad Heb [redacted] Timor: nam [redacted] u-
mus [redacted] irentibus [redacted] itur Paul. H [redacted] e
remu [redacted] n, in ſpem [redacted] n ſalutis co [redacted] e
erigi [redacted] dit quòd n [redacted] non contin [redacted] er
fidem [redacted] rehendit [redacted] ropellit ad [redacted] m
in De [redacted] pter Chriſtu [redacted] iliatum.

Quæ Cognata?

Cognata ſunt dona pleraque ſpiritus ſancti: vt eſt donum intellectus, quo abſtitiſſima quæque rerum ſupernaturalium myſteria penetramus: donum ſapientiæ, quo de diuinis rebus ſapientiſſimè iudicamus: donum ſcientiæ quo de rebus humanis rectiſſimè ſentimus, & quæ credēda ſunt à non credendis accuratè ſecernimus: donum prophetiæ, quo futura certò prædicimus, aut cognoſcimus ea, quæ ab humana cognitione penitus ſunt remota: denique cognitio totius Theologiæ Chriſtianæ, quanquam enim multa in com

EXCVDEBAT

CLAVDIVS LARIOT.

M. D. C. IIII.